









1670.

1. Beckmann, Ioh. Volk : De iuriis & choriis ejusque herba.  
Lione .
2. Beckmann, Ioh. Volk : De inferiori et ex Forum
3. Beckmann, Ioh. Volk : De pluribus concurrentibus -  
actionibus sine actionum concursu .
4. Beckmann, Ioh. Volk : De fide instrumentorum ..
5. Beckmann, Ioh. Volk : Tutor testamentarius .
6. aet. Beckmann, Ioh. Volk : De jure viarum .  
28 Sept. 1670 - 1780 .
7. Beckmann, Ioh. Volk : De renunciationibus .
8. Beckmann, Ioh. Volk : De clericorum privilegiis .
9. Beckmann, Ioh. Volk : Fus statuum imperii sublime
10. Beierus, Adriacus : Specimen heminechticum occa.  
Lione brocardi : erubescit dictas sine lege legui.
- 11a, b.d. Beierus, Adriacus : De restoratione Tomus minor  
communis 3 Septpl. 1677, 1715 - 1747 .
12. Falckner, Ioh. Christophorus : De iure et legitimatione  
spuriorum

1670.

- 13<sup>a</sup>. Falckner, Th. Christophorus : *De exco frigida.*
14. Falckner, Th. Christophorus : *Aliquot iuriis quaestiones*
15. Falckner, Th. Christophorus : *De critica eorumque pro-  
fachione et abbreviatione*
16. Falckner, Th. Christophorus : *De iure collectandi* .
17. Forsterus, Michael : *To recognitione scripturarum  
nim probationis ad recognoscendam, vel jurato-  
rii pfectuam juri uicinibus productas*
18. Friderici, Johannes Arnoldus : *De aloe.*
19. Friderici, Johannes Arnoldus : *De mania ex philtro.*



3.226

*4* G. 34. num. 22. b. 167013 *4* 26  
DISPUTATIO IN AVGVRALIS

DE

PLVRIBVS CONCVRREN-  
TIBUS ACTIONIBUS

SIVE

ACTIONVM CONCVRSV,

IVSSV ET AVTHORITATE  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS IN CELEBERRIMA  
ACADEMIA IENENSI,

MODERATORE

RECTORE MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO, CON-  
SVLTISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

JOHANN. VOLKM. Bechman,

HAEREDITARIO IN Obern Erbba,

ICTO ET ANTECESSORE CELEBRATISSIMO, CONSILIARIO SAXO-  
NICO, IN SVPREMO DVCVM SAXON. IVDICIO, FACVLTADE  
IVRIDICA ET SCABINATV ASSESSORE GRAVISSIMO,

DOMINO PATRONO ET PROMOTORE  
SVO MAXIME HONORANDO,


PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS AC  
PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIECTA

IOHANNE DEBELIO  
CATTO CASSELLANO

AD DIEM IVNII HORIS ANTE ET POMERIDIANIS A. C. M DC LXX.

RECVSA LITERIS SCHILLIANIS. 1739.



PLURIBVS CONCVRRENT  
ET PRO AUTIONIBVS

ACTIONIBVS CONCVRRENT

ET PRO AUTIONIBVS CONCVRRENT



ΣΥΝ ΘΕῷ.

DE  
PLVRIBVS CONCVRRENTIBVS  
ACTIONIBVS,  
SIVE  
CONCVRSV ACTIONVM.

**V**tilitas huius materiae non eget commendatione. Ipsa se ostendit. Arduitas eius ex pulchritudine quoque in aprico est. HILLIGER in Donello suo Enucleato lib. 12. c. 3. in not. lit. R. ex Francisc. Hottoni multiplicem & confraginosam appellat; BACHOV. praefat. ad tr. de act. rem inuolutam diffusamque dicit, ad quam non nisi subtiles requirantur cogitationes. OBRECHT, tr. de concip. & form. libel. c. 21. difficultum iuris articulum. D.N. FIBIG. in prodr. d. aet. conc. in hac materia omnium legalium difficultatum, controversiarumque copiosissimum esse consumtum.

De qua materia acturi primum proponemus definitionem & diuisionem, deinceps causas, effectum & contraria.

## CAPUT I.

## DE NOMINIS DEFINITIONE.

**D**efinitio alia nominis est, alia rei. Ad nominis definitionem, quae declarat τι σημαίνει τὸ ὄνομα, tria pertinent. 1. Etymologia sive notatio. 2. Homonymia, quae fit recensendo nominis ambiguities, variasque acceptiones. 3. Synonymia, h. e. expositio aequipollentium.

## S. I.

DE NOMINIS NOTATIONE, ET DIVERSA  
ILLIVS SIGNIFICATIONE.

**Q**uamvis hic terminus compositus totidem literis in libris iuris non reperiatur, quoad rem hanc ipsam reperi certo certius est. Paulus enim libro suo singulari de concurrentibus actionibus (cuius duo fragmenta in libris iuris extant, vnum in l. qui seruum alienum 34. D. d. O. & a. alterum in l. si quis egerit, 88. D. de furt.) ex quo et titulum Vlpian. in l. non est nouum 10. D. de aet. empt. et in l. nemo 43. in fin. et in l. nunquam 130. D. de R. l. in eo est, vt ponat simul actionum concursum.

De Etymologia autem et CONCVRSVS et ACTIÖNIS nihil dicam, magni aestimans Aristotelis, quod habet 2. Rhet. monitum: Nugatorium dicere manifesta

Prendere quae possit oculorum lumine aperto.

**A EQVIVOCATIO** magis hic mihi curæ erit. Sumitur autem CONCVRSVS, vti et verbum CONCVRRE, apud classicos authores et in iure nostro CIVILI pro subiecto varie. Et quidem in separata et generali significacione praedicatur de rebus animatis & anima parentibus. Sic dicitur concursus heredum, legatariorum, l. coniunctim 80. D. de legat., 3. Concursus creditorum l. idemque est 7. S. 1. D. qui pot. in pign. arg. l. est iurisdictionis 2. ( de bon. auth. iudic. possid. Concursus lucratuarum causarum 5. si res aliena,

6. I. de

6. I. de legat. plurium delictorum 1. nunquam 2. D. de priuat. delict. In speciali vero et coniuncto sensu sumitur latissime, late et stricte. Latissime acceptatus comprehendit et actionum cumulationem ab eodem alias realiter distinctam vid. Gothof. ad l. 10. D. de act. empt.

Late cum subiectum vel obiectum, vel causa vel finis sese haut legitime habent, de quibus infra cap. 4 & seqq. pluribus agetur.

Stricte et proprie pro plurimum actionum de eadem re competitia d. l. non est nouum 10. D. de act. empt. ibi, constat duas esse actiones in eiusdem persona concurrentes, l. nemo 43. D. de R. I. ibi. Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, una quis experiri debet & l. 130. eod. nunquam actiones praesertim penales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Vox quoque ACTIONIS ambigua est et varie accipitur. Vulgariter significat omnem actum tam animi quam corporis, sive naturalem sive artificiale. Vnde actiones Histrionum, Oratorum, artificum. D N. FRANZK. exer. 23. quaeſt. 1. n. 2.

Iuridice vero in genere denotat actum hominis, sive ille sit priuatus sive publicus, prout sumitur in l. heredes palam 21. §. fin. D. qui teſtam. fac. poſſ. & l. Labeo 19. D. de V. S. Magis tamen vſitate pro actibus, qui ſunt contentioſae iurisdictionis, ipsaque iuris remedia ſignificant, quibus cum aliquo contendimus et generali vocabulo perſecutiones appellantur l. creditores 10. l. bonorum 41. D. de V. S. l. actio in personam 28. D. de O. & A. In hoc autem ſignificatu iterum diuerſimode accipitur 1. latissime, ita ut de omni judiciali perſecutione praedicetur, qua persequimur et quod Reip. et nobis abeft l. 6. C. qd. civil. aet. criminal. praeiud. l. Stellionatus 3. §. 1. D. Stellionat. 2. latius, ut comprehendat omnes ciuiles perſecutiones, ſive ſint ordinariae ſive extraordinaiae, interdicta, praeiudicia, perſecu-

tiones h. e. Implorations officii iudicis nobilis l. *actionis* verbo 37. D. de O. & A. l. *actionis* 34. D. de V. S. vid. OLDENDORP. in praefat. class. de act. sub tit. de officio iudicis & P. FRIDER. MINDAN. tr. de mandat. iudic. lib. 2. c. 38. num. 19.

3. Late pro iure seu potestate persequendi in iudicio, quod sibi debetur pr. I. de act. 4. Stricte significat tantum actionem personalem, rei vindicationi, quae in rem est, contradistinctam d. l. *actio in personam* 28. D. de O. & A. l. *pecuniae verbum* 178. §. *actionis* 2. D. de V. S. Nos voculum *actionis* accipimus in eo sensu iuridico, quo comprehendet actionem in rem & personam eamque ciuilem et criminalem.

## S. II.

## DE SYNONYMIA.

Pragmatici et Interpretes Veteres usi sunt voce CVMULATIONIS item CONIVNCCTIONIS Concursus loco. Sed diuersissima haec esse, ex natura vtriusque vide est. De concursu etiam iure ciuili disponitur et regulariter est permisus, Cumulatio in iure ciuili non reperiatur, nec regulariter permissa l. 43. S. 1. D. de R. I. aliud igitur apud interpretes synonimum non reperio.

## CAPVT II.

## DE REALI CONCVRSVS DEFINITIONE.

Concursus actionum varie a Dd. describitur. Alii, qui sequuntur OBRECHT. in elegant. disp. de concur. act. definiunt, nihil aliud esse, quam cum duas pluresue actiones eiusdem rei nomine ex vna vel pluribus ex causis, vel ex uno seu pluribus ex factis descendunt, quae vni aduersus eundem competent. Alii describunt, quod sit ius pluribus remediis id, quod sibi debetur, in iudicio persequendi. D. N. FIBIG. Quod sit actionum plurium compatibilium de eadem re in uno aduersus vnum Legalis competentia. Alii aliter. Nos concursum actionum propriè ita dictum, se-  
cun-

cundum iuris Ciuilis dispositionem sequentibus verbis de-  
scribendum esse putamus, nimirum quod sit PLVRIVM  
ACTIONVM DE EADEM RE VNI ADVERSVS EVN-  
DEM LEGITIMA COMPETENTIA l. non est nouum 10.  
D. de act. empt. l. nemo 43. in fin. & l. nunq. 130. D. de R. l.

## CAPVI III.

## DE CONCVRSVS ACTIONVM DIVISIONE.

§. I.

DE DIVISIONE IN ELECTIVVM, SVCESSIVVM  
ET CVMVLATIVVM.

**M**AGNI nominis ICti Concursum actionum diuidunt in  
ELECTIVVM, SVCESSIVVM et CVMVLATIVVM.  
ELECTIVVM dicunt, cum electio tantum datur, et vna  
actione electa, nullus est regressus ad aliam, licet per elec-  
tam non obtinuerit, quod intendebat, per l. 9. §. 1. D. de  
tribut. act. l. 1. C. de furt.

SVCESSIVVM describunt, cum electio quidem de-  
fertur, sed ita, vt quod per vnam non obtentum est, pos-  
sit peti per aliam, adeoque vt vna actio non per electionem  
agentis, sed per consecutionem eius, quod peritum est, al-  
teram tollat vel consumat l. 76. §. 8. D. de legat. 2. quando se  
in altera non est amplius l. 42. l. 45. D. pro socio.

CVMVLATIVVM appellant, cum non tantum ele-  
ctio datur, et quod vna non est obtentum, per alteram ob-  
tineri potest, sed cum commodum ex omnibus licet conse-  
qui l. 28. D. de nouat. l. 14. §. 4. D. de except. rei indic. l. 2. D.  
de priuat. delict.

Haec diuisio, nisi commoda aliqua lateat explanatio,  
admittenda haud videtur, propter sequentes rationes, et  
quidem quoad ELECTIVVM, propterea. 1. Quia nullus  
concursum eligit vel eligitur, quod manifestissimum. 2. Ex  
pluribus actionibus concurrentibus vna quidem eligitur,

at

at cum illud in omni concursu ab actore fieri debeat, quidam tantum concursus propterea electivus dici nequit.

Quoad SVCESSIVVM, exinde. Quoniam i. Nullus concursus succedit, nec eo succeditur. Deinde, actionum concurrentium quedam ita sunt comparatae, ut una post alteram institui possit, sed antequam instituantur, licet concurrent, attamen tunc sibi inuicem non succedunt, verum in exercitio altera alteram sequitur, non altera in alterius locum surrogatur.

Quoad CVMULATIVVM exinde euincitur, quia nullo concursu fit cumulatio, toto enim caelo differunt. Cumulatio enim est plurium rerum nomine competentium actionum contra unum vel plures in iudicio eodem in libello facta coaceruatio l. edita 3. Vbi Dd. communiter OBRECHT. de concipiend. et formand. lib. c. 24 n. 2. Concursus vero plurium actionum de eadem re competentia. Textus quod attinet, nulla in iis fit mentio concursus Ele-  
ctiui, Successiui et Cumulatiui, nec per bonam consequen-  
tiau inde tales efficiuntur.

## S. II.

### DE DIVISIONE CONCVRSVS AB OBIECTO DESVMPTA.

**C**Vm GEORG. OBRECHT. intr. de concip. & formand. libell. c. 21. p. 160. diuidimus CONCVRSVM in SIM-  
PLICEM et MIXTIVM. SIMPLICEM IN REALEM et  
PERSONALEM. REALIS est plurium actionum in rem  
concurrentium eiusdem nomine legitima competentia. Vel,  
ut retineamus genus proximum, est concursus plurium  
actionum in rem l. & an eadem 14. §. actiones in personam 2.  
D. de except. rei iudic. & l. si mibi et tibi 12. D. de legat. 1. Sic  
mulieri ob rem dotaalem competit rei vindicatio et actio  
hypothecaria l. in rebus. 30. C. de I. dotum ibi. per vitramque  
viam sive in rem b. e. vindicationem sive hypothecariam. PER-  
SONA.

**S**ONALIS autem est plurium actionum in personam concurrentium eiusdem rei nomine competentia, vel est concursus plurium actionum in personam eiusdem rei nomine competentium l. non est nouum 10. D. de act. empt. *Vbi Vlpianus, non est nouum, inquit, ut duas obligationes in eiusdem persona de eadem re concurrant.* Cum enim is, qui venditorem obligatum habebat, heres extiterit, constat duas esse actiones in eiusdem persona concurrentes: propriam et hereditariam. Competit igitur hoc casu eiusdem rei nomine duplex actio empti. Aliud exemplum est in l. is qui *STICHVM. 18. D. de O. & A.* vbi competit actio ex testamento et actio ex stipulatu.

**MIXTVS** est actionis in rem et personam concurrentium legitima competentia. Sic actio ad exhibendum et rei vindicatio concurrexit l. sui C. ad exhibendum item conditione et rei vindicatio l. i. C. comm. de legat. quomodo donator reuocat donationem mortis causa factam rei vindicacione vel conditione l. qui mortis D. de mort. caus. donat.

**PERSONALIS** cum Obrecht. subdividitur in **REI PERSECUTORIVM, PAENALEM** et **MIXTVM**.

**REI PERSECUTORIVS** dicitur, quando plures actiones rei persecutoriae concurrent, ut actio tributoria, et de peculio l. *quod in herede g. §. eligere i. D. de trib. act.*

**PAENALIS**, quando plures paenales ex eodem delicto competunt, ut actio L. Aquiliae, et actio arborum furtim caesarum l. i. D. arbor. furt. caef. vel actio furti et actio vi bon. rapt. l. i. D. de vi bon. rapt.

**MIXTVS**, quando rei et paenae persecutoriae concurrent, ut conditione furtiva, et actio furti d. l. *si pro fure 7. §. i. D. de condit. furt. vel actio pro socio et actio furti l. rei communis 45. D. pro soc.*

#### CAPVT IV.

#### DE CAVSA EFFICIENTE CONCVRSVS.

**C**ausam efficientem **OBRECHT.** in d. tr. deconcip. & formand.

B

mand. lib. dicit esse ius Ciuale late acceptum, comprehen-  
dens sub se Edicta Praetorum, Sctia, et Plebiscita ex qui-  
bus actiones ortae sunt; quod de concursus materiali con-  
sideratione largimur. Formaliter autem considerati causam  
efficientem dicimus ius Romanum, quod in se complecti-  
tur interpretationes, sententias ac responsa prudentum s. g.  
**I** de I. N. G. & C. Hoc enim iure definitum, quando alia  
aliam vel consumat electione vel consecutione perimat.  
Constat illud (1.) ex l. plura 53. D. de O. et A. Vbi Modesti-  
nus: *Plura delicta in una re plures admittunt actiones, sed non*  
*posse omnibus VII PROBATUM est.* (2.) Micit ex l. 32. vbi.  
Hermogenianus. *Cum ex uno delicto plures nascuntur actiones:*  
*sicut euenit cum arbores sursum caesae dicuntur: omnibus experiri*  
*permitti POST MAGNAS VARIETATES OBTINUIT.*  
Denique apertissime probatur ex l. vn. C quando civil. act.  
criminal. praeiud. Vbi Imp. VALENT. GRAT. et Valen-  
tim. A PLERISQUE PRUDENTIUM generaliter definitum  
est. *Quoties de re familiari et ciuilis et criminalis actio competit,*  
*praque licere experiri.* Liquet igitur, hanc doctrinam au-  
thoritate VLPIANI, HERMOGENIANI MODESTINI,  
aliorumque ICtorum authoritate nisi vid. HILLIG. in  
Donell. Encl. lib. 21. c. 3. p. 720. pr.

## CAPUT V.

## DE MATERIA CONCVRSVS.

**M**ateriam triplicem esse in Philosophia constat, ex qua,  
in qua, circa quam. Materia ex qua concursus sunt  
actiones, quippe ex quibus consistit. OBRECHT d. l. n.  
2. Materia in qua, alias subiectum, est duplex, actuum  
& passuum. Actuum est una eademque persona vel  
vere vel analogice h. e. plures unam personam uniformi-  
ter repraesentantes, cui plures actiones competunt d. l. non  
est nouum 10. D. de act. empt. l. generaliter s. pr. D. de  
fideiuss.

Passi.

20

Passuum vero persona vel plures vnam personam repreäsentantes, contra quam duae vel plures de eadem re concurrent actiones **FIBIG.** sct. 6. n. vlt.

Materia vero circa quam, siue obiectum, sunt actiones reales, personales et mixtae, personales item rei persecutoriae, paenales et mixtae, ex vna vel pluribus ex causis vel ex uno facto vel ex pluribus factis et pluribus delictis descendentes, et de eadem re eidem contra eundem competentes *l. plura 53. D. de O. et A. l. si vulneraueris 43. D. locat.*

**§: I.**

**DE ACTIONIBVS REALIBVS. CANON.**

**Q**uod si plures actiones in rem eiusdem rei nomine concurrunt, vnam tantum instituere licet *l. 14. §. 2. D. de except. rei iudit. Donell. 21. comment. 3.* Ratio est, quia res non nisi ex vna causa nostra esse potest. *d. l. 14. l. 3. §. 4. de acquir. vel amitt. poss. Dominii causa duplicari aut multiplicari nequit, quoniam qui semel rei dominus factus, eiusdem rei dominus amplius fieri nequit §. sic itaque discrevis 14. I. de action. et hoc, pro regula ex Paulo ICto relativum est in Digesta sub. l. non ut ex pluribus 159. D. de R. I.*

**HOTTO MANNVS** illusfr. quæst. 29. ex distinctione Pauli in d. l. 14. §. pen. infert, sententiam **VLPIANI** in *l. 43. §. 1. D. de R. I. in rerum vindicationibus verissimam esse ac l. 150. D. de R. I. l. 60. D. de O. et A. tantum intelligendas esse de actionibus personalibus, atque exinde hanc inter actiones reales & personales constituit differentiam, quod certissima sit in actionibus realibus; ita ut vna electa ceterae consumantur omnes: simul vero concurrentibus actionibus personalibus vna tantum, non omnibus coniunctim vtendum sit per *l. 1. §. 2. D. quod legat. et l. plura 53. D. de O.**

*de O. et A. l. cum filius 76. §. 8. D. de Legat. 2. qua vna ele-  
cta non protinus consumantur caeterae, sicut in actioni-  
bus in rem, sed non modo postquam actor in actione in-  
stituta succubuit, alia vti ipsi liceat l. Aurelius 28. ult. D.  
de liber. legat. & l. Lucius 93. §. 1. D. de legat. 3. Verum et-  
iam post vnius victoriam altera insuper vti permittatur l.  
si is qui 18. D. de O. et A. et l. non est nouum 10. D. de att.  
empt. nisi vna eademque sit vtriusque vis ac potestas.*

Verum enim vero quod asserit de eadem re actione  
in rem instituta non dari actori, qui succubuit, alteram,  
simpliciter verum non est. Licet enim is, qui simpliciter  
asserit se eius rei, de qua agit, dominum esse, succumbat,  
postea vero exprimat dominii causam, et de novo rei vin-  
dicationem instituat, non audiatur, sed obstet ei rei iudi-  
catae exceptio, quia in priori vindicatione, quam propo-  
suit, generaliter nulla dominii acquirendi causa expressa,  
omnes causas dominii acquirendi in iudicium deduxisse  
videtur, vt ex eo in omnibus et succubuisse dicendum sit  
*l. si mater 11. §. eandem 4. D. de except. rei iudic. attamen, si  
actor causam dominii h. c. titulum certum v. c. quia ipsi  
legata est, in actione expresserit, et succubuerit, non sub-  
mouetur rei iudicatae exceptione, sed potest eandem rem  
petere ex alia causa, forte, quia ipsi donata est d. l. si ma-  
ter. 11. §. eandem 4. & arg. l. 14. §. pen. D. de except. rei iudic.  
SCHNEIDEVV. lib. 4. Inst. §. omnium n. 3.*

Deinde quod distinguit actiones ex attributo non eo-  
dem sed alio atque alio, absurdum. Aliud namque est  
vna quem actione experiri oportere, quod habetur in d.  
l. 43. aliud, per actionem vnam intentatam non consumi  
alteram, vt est in d. l. 90. D. de O. et A. et l. 130. D. de R.  
l. Atque vt illud sit, hoc tamen haud minus esse potest,  
siquidem vna actione experiendum est semper ex multis  
concurrentibus, idque tam in personalibus quam realibus  
obtinet

obtinet et in vtrisque fieri potest, vt tametsi vna intentata, propterea caeterae non consumantur.

Quod autem PAPINIANVS in l. cum filius 76. §. pen D. de legat 2. legatario varias actiones ad persecutionem legatorum datus esse, vt laxior sit agendi facultas, non ita accipendum est, vt omnes illae, quae ea de re competit simul institui possint vel debeant. Non enim ea mente inquit in d. l. datum est pluribus actionibus vti, et ab initio dixerat, variis actionibus legatorum legatarius simul vti non potest. Tradit idem disserit verbis Modestinus in l. 53. D. de O. et A. ibi probatum est, quod is, cui plures illae actiones competit, non possit omnibus vti. Clarissime et per modum regulae iuris illud et proponit VLPIANVS in l. 43. §. 1. D. de R. I. inquiens. *Quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna experiri debet DONELL.* lib. 21 c. 3. lit. D. Huius rei ratio fundata est in iure naturali. Qui enim vnam intendit alteram superuacuo adiicit. Iniquum autem superuacua actione rerum onerari arg. l. 14. §. 1. legat. nom. Deinde cum Charond. 3. verisimil. 7. aio, iure Ciuiti aliter fieri non potuisse, quam vt actio duntaxat vna proponeretur. 1. Quia Magistratus plures vna formula concepisse actiones nupsiam legitur. 2. Cuique actioni sua solennis iudicij formandi figura erat. 3. Ita non simul, sed nunc, vnam nunc alteram posse intendi dicunt. per. d. l. Et haec confirmant OBRECHT, de concip. et formand. libel. c. 23. et HILLIG. ad DONELL. d. l. lit. E.

His grauissime obstant verba l. 1. §. qui autem 4. D. quod legator. Vbi VLPIAN. generaliter definit. *Quoties incertum est, quae potius actio teneat, duas dictare solemus, protestari ex altera quod nos contingit velle consequi.*

OBRECHT. in tr. de concip. et formand. lib. c. 23 n. 9. respondet, hoc vnico tantum casu Vlpianum actori conces- sisse duas actiones reo dictare: si nimurum incertus sit, ex qua

qua causa litigare debeat: ita tamen ut protestetur ex altera se velle consequi, quod eum contingat. Ut ecce, cum dubitatur de viribus testamenti l. 16. C. de inoff. testamento, duplex in haeredem actio ab eodem inferri potest: prima quasi testamentum non sit iure perfectum, altera quasi inofficium, licet iure perfectum. E contra si reus incertus sit, vtrum quis pro legato, an pro herede, possessore rem hereditarianam possideat: poterit in eum ex Arriani, quam Vlpianus probat, opinione, interdictum quod legatorum et hereditatis petitionem simul instituere: ut primo casu, cum pro legato quis possidet, interdicto illo tenatur: altero casu hereditatis petitionem sustineat d. l.

S. 40

DONELLVS vero d. l. lit. E. ne hic quidem ullam exceptionem agnoscit, sed effectum actionis propositae vrget, quia reuera et in exitu vna proponantur, quae verbis erat duplex. Instituuntur enim sub contrariis conditionibus. Petitione hereditatis sub ea si pro herede proue possidente possideat reus: interdictum quod legatorum, si pro legato. Ut non possit nisi vna ex his vera esse conditione, itaque locus vni actioni, altera etiam actoris intentio ne repudiata.

Haec responsio satis quidem ingeniosa, verum a Vlpiano et quaestioni de concurrentium coniunctione satis conueniat, dubitat Magnif. D.N. GRAFF. Ictus et Antecessor in Academia ad Lanam Celeberrimus, Doctor meus omni obseruantiae cultu aeuitemur venerandus in exercit. ad ius insin. ad iit. de edend. q. 13. Est enim exemplum illud non actionum duarum vel plurium concurrentium, sed actionis vnius et interdicti vnius, quae duo esse diuersa et diuersimode data fuisse, nemo est, qui negat Dd. Concursus etiam hic nullus est inter actionem et interdictum, quinl imo ne inter duas quidem illas actiones.

actiones quae dictantur, quoniam incertum est, earum alteram non competere, vel ut Vlpian. loquitur non tenere, sed quaenam illa sit, adhuc est incertum. Quod si ab initio certum esset, non dictaretur vtraque, sed competens tantum; At vero concursus non est, nisi inter actiones, de quibus iam certum est, quod singulae per se competant et teneant, adeo ut in electione agentis sit positum, quam de illis instituere velit, ut liberrima sit eius ea in re voluntas, quae non est, cum duae quidem actiones institui possunt, sed vtra instituenda sit, ex facto incertum est: Et reuera voluntas actoris non in utramque simul, sed in alterutram duntaxat confertur, ut quamvis concurrentes essent et concurrentes dici possent, adhuc tamen ut Donell. recte censuit, non duae sed una tantum actio instituta intelligatur: Nihil igitur habet d. S. cum actionum concurrentium coniunctione commune, ut certissimae iuris doctrinae de actionibus concurrentibus non coniungendis opponi non debuerit.

## S. II.

## DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS REI PERSECVTORIIS. CANONES.

I. QUANDO ACTIONES REI PERSECVTORIAE OMNES EX EADEM CAVSA (b. e. eodem contratu vel delicto admisso in re, de qua vere vel quasi contractum est) DANTVR, VNA PER LITIS CONTESTATIONEM IN IUDICIVM DEDVCTA ALTERA PERIMITVR.  
DN. IOHANN. STRAVCH. celebritate & meritis illustrissimus, Doctor meus omni reverentiae cultu venerandus in dissert. iustin. dissert. 23. thes. 10. Ratio est in l. 57. D. de R. I. quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur, bis enim petere quasi praedari est. Ut ecce, si feruus peculium habens negotiationi alicui praepositus sit, et quid in utilitatem.

tatem domini verterit, locus est et actioni institoriae et de peculio, et de in rem verso. Cuius rei ratio est, quod hae actiones non sunt propriae et per se constantes et nouae, sed adiectiones tantum, quibus priori seu veteri nouae qualitates tanquam vestes super indicuntur, ut loqui amat D.N. FRANTZK. ad §. ii. I. de act. Exempli causa; Si quid institutor vendiderit, pecuniamque in rem domini conuerterit, vna tantum actione reuera dominus tenetur, videlicet ex empto, sed trifariam ex ea causa conueniri potest, ex empto institutor, ex empto de peculio, ex empto de in rem verso. Ex quibus vna instituta aliae consumuntur, quoniam omnes ex eodem negotio descendunt l. 4. §. vlt. D. quod cum eo qui in alien. l. quod in herede g. §. i. D. de tribut. act. Sic quoque condicatio directa cum praedictis qualitatibus concurrevit aduersus Patrem vel dominum l. 29. D. de reb. cred. l. 17. §. vlt. D. de instit. act. l. vlt. D. pro socio. quam conditionem post BACHOV. Vin. ad §. vlt. I. quod cum eo qui in alien. potest. prudentum auctoritate introductam arbitratur, qui, postquam a Praetore obliqua agendi ratio constituta esset, etiam directam admiserint, hoc colore, quasi cum ipso Patre aut Domino res gesta sit d. l. Hodie cum adiectitiae illiae qualitates non amplius in usu sint BERNARD. AVTVMN. in collat. iur. Gall. cum Rom. C. d. t. et directo ex contractibus institutorum et praepositorum teneamur Chri-  
stini. vol 3. decis. 34. concursus earum cessat.

Simili modo cum actione pro socio concurrevit quoque actio communis diuidendo l. pro socio 38. D. pro sociis quartum tamen vna instituta altera in totum non constituitur, sed ad pleniorum regredi licet l. si actum 43. D. pro soc. l. sed ex causa 47. eod. OLDENDORP. progymnas. act. forens. class. 4. act. 21. tit. affinia remedia n. 7. vna enim ali- quid plus et aliiquid minus quam altera habet. Actio nam-

namque communī diuidundo, rerum omnium adiudicationem habet: actio vero pro socio non item l. 4. C. communi diuid. quae tamen econtra nominum rationem admittit: non etiam actio communi diuidundo, D.N. STRVV. Exercit. 22, th. 38. Vnde apparet, posse persecutoriam aliam plus altera continere. Neque his tantum actionibus peculiare est, sed et ex quoouis contractu quandoque plenior actio ipsius contractus, quam quae ex delicto circa eum admisso HILLIG. in Donell. Enocl. c. 21. lit. N.

Si enim Colonus aliquid ex fundo subtraxerit, vel socius rem communem surriperit, aut celandi et lucrificandi causa abstulerit, aut si commodatarius furtum fecerit. Illic actione locati, vel condicione furtiva: istic actione pro socio vel condicione furtiva: hic vero actione commodati et eadem condicione furtiva res ablata repeti potest l. 34. D. de O. et A. l. 47. D. pro soc. Eatenus autem actio locati, pro socio, et commodati consumuntur, si iam ex causa furtiva condicuum fuit, quantum nobis non pluris interest, iuxta VLPIAN. in d. l. sed si ex causa 47. D. pro soc. Etsi igitur actiones rei persecutoriae regulariter inter se misceantur, tamen si quid in altera plus continentur, in eo adhuc salua persistit d. l. qui seruum 34. D. de O. et A. OBRECHT. d. l. n. 16. HILLIG. ad Donel. d. l.

Occurrit autem hic l. quaestio. AN AD HOC UT ACTIO ELECTA CONSUMMATVR, SVFFICIAT SI PER LITIS CONTESTATIONEM IN IUDICIVM DEDVCTA SIT, AN VERO REQVIRATVR IUDICIS SENTENTIA? In Canone diximus sufficere si per litis contestationem in iudicium sit deducta, et probatur per l. si quis agere vult pr. et §. l. C. de Codicill. l. generaliter s. D. de fideiuss. l. si is qui Stichum 18. D. de O et A. Diffinit Donellus d. lib. 21. c. 3. putans ad hoc, vt actio una per

per alteram consumatur, requiri insuper perceptionem et sententiam per l. 34. D. de O. et A. Vbi Paulus scribit; qui seruum alienum iniuste verberat: ex uno facto incidit et Aquilam et actionem iniuriarum, iniuria enim ex effectu fit, damnum ex culpa, et ideo possunt virae competere: sed quidam, altera electa alteram consumi: quoniam desit bonum et aequum esse, condemnari eum, qui aestimationem praestitit. Hic ex verbis condemnari eum qui aestimationem praestitit, concludit, Paulum ipsam electam actionem interpretari, de qua iudicium peractum, atque adeo reus condemnatus fit.

HILLIG. ad Donell. respondet, concedendo, electam actionem accipi de qua iudicium peractum et finitum. Non tamen sequi electa in isto loco accipitur, de qua iudicium est peractum et finitum. E. et alibi ita accipitur.

FIBIG. vero illud minime concedendum dicit, adeoque inter alia respondet, in d. l. a Paulo ibi relatas esse aliorum opiniones et sententias, minime vero approbatas, sed magis reprobatas in verbis, et haec sententia per praetorem inhibenda est. Paulum autem ICTum non loqui de consumptione totali sed partiali, de qua non sit quaestio. Deinde Donell. adducit l. quod in haerede 9. §. 1. D. de tribut. ad. Vbi VLPIANVS: Eligere quis debet qua actione experietur, vitrum de peculio, an tributoria, cum sit regressum ad aliam non futurum. Plane si quis velit ex alia causa tributoria agere, ex alia causa de peculio: audiendus erit. Electionem hic cum effectu accipendi vult, qua actio ad exitum iudicij perducta. Respondemus cum Enticlateore, Donelli interpretationem nec verba nec sententiam legis admittere. Praeduram esse hanc explicationem verborum eligere debet, h. e. ea actione intentata suum consequi aut vinciri debet. Actor enim pro lubitu actionem elige-

20

eliger potest, sed in ea vincere aut vinci in exitu litis, et iudicii alea possum esse. Indigna quoque foret deci-  
fio acumine Vlpiani, nec seqq. conueniret. Nam dum dicitur ex diuersis causis utraque actione agi posse non intelligitur de rebus diuersis et ad diuersos fines. Ita enim nulla dubitandi causa, sed de iisdem rebus et ad idem consequendum, ut nimis altera intentata iudicio accepto resilire, et ad aliam regredi posse, itemque si ea, sententia secundum reum dicta, finita. 3. Negotium facere videtur quod in l. 28. D. de aet. empt. l. 34. et 41. D. de O. et A. legitur alteram actionem per alteram non simpliciter et absolute consumi, sed cum hac restrictione, nisi quid in altera pluris sit: Vnde sic argumentatur. Si unius actionis electione per litis contestationem in iudicium deducta altera consumitur, sequitur falsam esse illam legum limitationem. Sed posterius est absurdum. E. et prius. Ratio consequentiae est, quia per sententiam demum patescit, an scilicet in residua actione aliiquid amplius sit, quod in priori electa non fuerit consecutus. Resp. N. C. quoniam praedicta limitatio in consumptione partiali, minime vero totali locum habet. Eiusdem probatio inconsequens est, non enim indagatur ex sententia lata et iudicio peracto, quaenam actio sit grauior altera, vel in qua plus sit, ipsis enim legibus illud proditum est.

Deinde queritur. AN ILLAE ACTIONES, QVA-  
RVM VNA ELECTA ET INSTITUTA CAETERAE  
CONSUMUNTUR, PROPRIE CONCVRRANT? Affir-  
mandum puto 1. per l. 43. s. 1. D. de R. I. Vbi Vlpianus per modum regulae tradit. Quod quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine una quis experiri possit. 2. per l. si vulneraueris 43. D. locat. conduct. Vbi Paulus inquit: Si vulneraueris serum tibi locatum, eiusdem vuln.

vulneris nomine L. Aquilae et ex locato actio est, sed altera contentus debet esse actor. 3. per l. qui seruum 34. D. de O. et A. Qui seruum alienum iniuriose verberat, ex uno factio incidit et Aquilam et actionem iniuriarum 4. per l. in heredem 5. §. 1. D. de Calumnias. Vbi idem Vlpianus: Sed etiam praeter hanc actionem conditio competit, si sola turpitudo accipientis versetur: nam et si dantis melior erit causa possidentis. Quare si fuerit conditum, vtrum tollitur haec actio, an vero in iripulum danda sit? an exemplo furis et in quadruplum actionem damus et conditionem? Sed puto sufficere alterutram actionem.

Pro negatiua vehementissime pugnant tela HILLIGERI. Et quidem 1. l. an eadem 14. pr. D. de except. rei iudic. vbi Paulus inspiciendum dicit, an eadem causa petendi, et eadem conditio personarum, quae nisi omnia concurrent, alia res est. Hinc concludit non nisi de duabus vel pluribus simul currentibus et que coniunctim habentur praedicari. Quod variis illustrat exemplis. Concursum inquit 1. dicitur quoties non alteruter vel unus ex pluribus, sed omnes ad eandem rem legatam non vocantur tantum, sed et admittuntur eamque agnoscent 1. 1. pr. D. d. usufr. aresc. Quemadmodum igitur hic dicuntur concurrere, non eo ipso quod sunt scripti in testamento, iisque res assignare, sed quia existunt eadem re simul, ut eiusdem rei legatae commodum non uni sed omnibus acquiratur. Ita & actiones concurrere, dicenda, non cum sunt legibus proditae, sed cum exerceri utraeque in iudicio & existere possunt, atque ex iis commodum actori consequi, et vna expedita ad aliam transfire licet. 2. Pari modo rem sese habere dicit in concursu creditorum per l. idemque est 7. §. 1. D. qui pot. in pign. Vbi tum demum creditores dicuntur vere concurrere, non cum alterutri, sed cum vtrique in eo ius est, 3. ex l. 2. D. de prius. delict. Vbi delicta concurrentia ita dicuntur vbi vtrum-

vtrumque commissum est. Sic enim inquit Vlpianus. Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut vilius impunitas detur, neque enim delictum ob aliud delictum minuit poenam.

Deinde Hilliger sententiam suam probat per l. per sc.  
cio 38. §. 1. D. pro socio l. si mulier 21. §. vlt. D. quod met. cauf.  
l. si seruus 27. §. D. ad L. Aquil. et ex illis concludit actio-  
nes alternatim competens v. c. vel hac vel illa actione me-  
rem consecuturum, non concurrere.

Hic non obstantibus veriorem dico sententiam af-  
firmatiuam cum D.N. FIBIG. in prodr. de conc. act. n. 9. et  
10. per praelaudatos textus. Nec obest l. an eadem 14. pr.  
D. de except. rei iudic. inspiciamus leges praecedentes 12. et 13.  
et ad oculum apparebit nihil ad rem facere. Paulus l. 21.  
inquit, cum queritur, an haec exceptio noceat nec ne:  
inspicendum est an idem corpus sit. Et VLPIAN. l. 13.  
an eadem quantitas, idem ius. Tandem Paulus in l. 14.  
et an eadem causa petendi et eadem conditio persona-  
rum, quae nisi omnia concurrunt, alia res est. Nihil  
prosul exinde deduci potest, cur enim tria illa concurre-  
re debeant, non inest ipsi voci concursus, sed ipsi exce-  
ptioni rei iudicatae; aut hoc saltem sequitur, plura posse  
dici concurrere, verum non solum.

Exempla vero quibus rem declarant inferunt saltē  
illas actiones quae simul habentur, concurrere, at qualis  
consequentialia, actiones, quae simul habentur, concurrunt,  
E. illae quarum vna electa caeterae consumuntur, non  
concurrunt: falsam eam ex textibus pro affirmatiua addu-  
ctis patet. vid. FIBIG. iedt. 3. n. 8. 9. 10. et 11, ubi ad fin-  
gula prolixe et exakte responderet.

CANON. 2. QVANDO ACTIONES REI PERSE-  
CUTIO-

CVTORIAE EX DVBVS VEL PLVRIBVS CAVSIS  
SIMILIBVS VEL DISSIMILIBVS AD DIEM COMPE-  
TVNT ALIA ALIAM NON CONSUMIT. l. i. D. de O.  
et A. HOTTON. illusfr. quæst. 29. p. 245. HILLIG. ad De-  
nelli, lib. 21. c. 3. lit. M.

Ratio est, quia sicut ex multis obligationibus res aliqua bis deberi potest. l. 159. D. de R. I. ita quoque mul-  
tae nobis possunt ad petendam eam competere, quarum nulla alterius petitione vitiatur. l. 14. §. 2. D. de except. rei  
ind. nec nouum est, vt duae obligationes in eiusdem persona de eadem re concurrant. l. 10. D. de aet. empt. in  
qua et Vlpianus exemplum sequens causarum similium  
nobis exhibet. Seius Sempronio vendidit feruum: eun-  
dem rursus vendidit Titio: utriusque tenetur ex vendito.  
Et licet Sempronio Titius heres aut successor extitit: ta-  
men adhuc Titius contra Seium his actione venditi ex-  
periri potest: scilicet ante aditam hereditatem, vt contra  
debitorem proprium: at post aditam hereditatem, vt contra  
debitorem proprium: at post aditam hereditatem, ut  
debitorem hereditarium. Dissimilium vero Julianus in  
l. si is qui STICHVM 18. D. de O. A. hac. Si is qui Sti-  
chum dari stipulatus fuerat, heres extiterit ei, cui ex te-  
stamento idem Stichus debebatur: si ex testamento Sti-  
chum petierit, actionem ex testamento saluam habebit:  
quia initio ita constiterint hæc duæ obligationes, vt al-  
tera in iudicium deducta altera nihilominus integra re-  
manceret. Ulterius cum HOTTON. d. l. OBRECHT. d.  
tr. c. 22. n. 20. SCHOTAN. in exam. iurid. tit. de concurs.  
action. reg. 2. dico, non modo diuersam actionem institue-  
re licere ex l. Aurelius 28. §. vlt. D. de liber. Legat. et l. Luv-  
cius 93. §. 1. D. de legat. 3. Sed interdum etiam eandem  
ex certis causis instaurare et repetere ob certas causas. Ut  
si l. iusto errore deceptus priorem moueret l. habitat. 13.  
D. de

D. de infir. alt. l. i. §. fin. D. quando de peculi. alt. annual. est  
l. 4. §. vlt. D. quod cum eo qui in alien. potest. 2. Si in priori  
iudicio exceptio temporalis fuerit d. l. i. §. vlt. et l. qui  
cum herede 15. D. de O. et A. 3. Cum generalis actio prius  
certis de causis instituta est, iterumque de aliis rebus l. 2.  
C. de iudic. Recipit tamen regula praedicta hanc restrictio-  
nem: Si omnes causae sint onerosae, aut alterutra, fin  
minus, regula non procedit: Ratio haec est: quia in eun-  
dem hominem non concurrunt duae actiones lucratuiae  
arg. §. 6. I. de ligat.

## §. III.

DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS PAENALI-  
BVS. CANONES.

CANON I. QVOTIESCVNQVE VNVM FACTVM  
ET DELICTVM EST, SED DANTVR EX EO DE-  
LICTO PLVRES ACTIONES PAENALES, IVNC  
OMNIEBV S QVIDEM EXPERIRI PERMITTITVR,  
SED ITA VT SI PLVS SIT IN RELIQA ACTIONE  
ID ACTOR FERAT, SI TANTVNDEM AVT MINVS  
NIHIL CONSEQUATVR l. 32. l. 41. D. de O. et A. HOT-  
TOMANN. d. l. p. 248. OBRECHT. d. tr. c. 22. n. 22. 1A-  
COB. GOTTHOF. ad R. I. in l. 130. HAHN. AD VVE-  
SENBE. n. 7. vers consumatur. Exemplum est in eo qui al-  
terius rem rapit: hoc vnum factum et vnum delictum est,  
rapina scilicet, at huius delicti plures sunt actiones, a-  
ctio furti et actio vi bon. rapt. l. i. D. vi bon. rapt. quae  
tamen ita concurrunt, vt si prius vi bon. rapt. actum fue-  
rit, actio furti nec manifesti tollatur d. l. i. manifesti ve-  
ro superfit arg. l. 34 pr er d. l. 41. §. i. D. de O. et A. Si  
vero actione furti manifesti proprius actum fuerit, actio  
vi bon. rapt. tollitur, si nec manifesti, adhuc vi bon. rapt.  
agere licet l. 88. D. de furt. VVESENBE. ad tit. vi bon. rapt.  
n. 7. Illud tamen adhuc inter Dd. controvèrtitur, an ra-  
ptor

ptor actione furti manifesti conueniri possit? Negare illud videtur d. l. i. vi bon. rapt. et l. 88. D. de furt. qui tex-tus per modum regulae tradunt, raptorem furti manifesti teneri. Verum CVIAC. lib. 6. obs. c. 2. HARPRECHT. ad pr. I. vi bon. rapt. n. ii. HVB. GIPHAN. in antinom. Iur. Civil. dis. 34. n. 10. et seq. et ad pr. I. vi bon. rapt. FRANCISC. HOTTON. PETR. HEIG. et Dd. communiquer affir-mant t. per pr. I. vi bon. rapt. Vbi in genere dicitur con-tra raptorem dari actionem furti. 2. Euincitur ex ratione ob quam contra raptorem furti manifesti competit, hac nempe, quia est fur improbus. Imo 3. disertis verbis in l. si vendidero go. §. cum raptor D. de furt. fur. manifestus ap-pellatur. Quod autem in l. t. D. vi bon. rapt. et l. 88. D. de furt. tantum mentio fit actionis furti nec manifesti ex eo non protinus concludendum est, furti manifesti cum raptore nunquam agi posse, propter juris axioma, vnius positio non est alterius exclusio. Hoc enim ideo factum dici potest, quoniam in sola nec manifesti actio-ne locum habet, quod illic ICti docent, si quis in duplum egerit, ei adhuc superesse actionem vi bon. rapt. in id, quod in hac amplius est. VIN. comment. ad pr. I. n. 1. Raptor insuper actione L. Aquiliae et condicione furtiva, rei quoque vindicatione, actioneque ad exhiben-dum conueniri potest d. l. z. §. 10. et 26. D. vi bon. rapt. BACHOV. et HAHN. ad. n. Wes. n. 9. Imo criminaliter de vi publica l. 3. §. pen. D. ad L. Iul. de vi priuat. et publico iudicio L. Corneliae de Sicariis conueniri potest l. D. D. ad L. Cornel. de Sicar. Hodie per art. 126. C. C. C. V. ra-ptores criminaliter accusantur, pro modo admissi delicti vltimo supplicio afficiuntur D. N. CARPZ. pr. crimin. part. 2. quaeſt. 90. et 91.

Aliud exemplum est in eo, qui arbores furtim cae-cidit, contra quem competunt, actio damni iniuria dati  
ex L.

ex L. Aquilia l. i. D. arb. furt. caesar. quod vi aut clam l.  
ii. D. d. et actio arborum furtim caesarum ex L. 12. tabb.  
d. l. i. et tot. tit. D. arb. furt. caes. Si igitur actum fuit pri-  
mo ex L. Aquilia, adhuc actio arborum furtim caesarum  
institui potest: manet enim quoad paenam aut quoad rem  
salva, et tunc demum extingvitur, si utraque in iudicium  
perducta fuerit arg. d. l. i. D. arb. furt. BERLICH. conclus.  
pract. 57. n. 3. OLENDORP. progymnasm. act. class. 7. act.  
7. tit. affine remedium. MERILL. 3. variant. ex Cui. 10. MEIER. in  
C. l. A. tit. de priuat. delict. tb. ii. n. 3. Quod vero primo  
actione arborum furtim caesarum actum cessat actio L.  
Aquiliae arg. l. 14. §. 13. D. quod met. caus. l. quoties 41. D.  
de O. et A. Nec admittendam correctionem d. l. 41. cum  
ROBERT. i. animaduers. 21. iudicamus, substituendo nihil  
pro id, prout facit CVIAC. lib. 3. obs. 25. et 15. obseru. 23.  
in fin. ANTON. MERCAT. i. not. 29. GOTHOFER. in  
notis ad eandem vocem. P. FABER in l. 130. D. de R. I. n. 9.  
quoniam leuior est actio L. Aquiliae, quae est tantum-  
modo in duplum damni dati, Grauior actio L. 12. tabb.  
l. i. pen. D. arb. furt. caesar. proinde si id quod amplius est  
in actione arborum furtim caesarum, sit tantundem vel  
vnus, quam quod ex L. Aquilia consecutus fuerit actor,  
id etiam consequitur, quo et facit l. i. D. vibon. rapt. praeter  
praedictas actiones competit quoque actio locati, si is  
qui succidit, sit colonus l. i. l. 9. §. ult. Dd. arb. furt. caes.  
WESEMBEC. in π. tit. arb. furt. caesar. n. 4. Et si eas lu-  
cifaciendi causa contrectauerit, etiam furti tenetur l. 8.  
§. 2. d. t. DN. HAHN. ad π. WESEMBEC. n. vlt. Publi-  
cani etiam eorumque familiae, qui saepenumero supra  
statutum vestigal, vi aut dolo malo exigunt, aut concur-  
sionem iniecto terrore extorquent, nonnunquam etiam ex  
mercibus quid surripiunt, pluribus actionibus conueniri  
possunt: Et quidem i. ex Edicto l. i. pr. D. de publican.  
actione furti, actione vi bon. rapt. et damni iniuriae d.

*l. 1. s. 2. et 3. D. de publican.* Si autem quis egerit primo ex L. Aquilia, vel ex Edicto de publicanis: adhuc actione furti manifesti vel vi bon. rapt. experiri potest. Si vero primo actio furti manifesti instituta est, caeterae omnes, si vi bon. rapt. actio L. Aquiliae et de publicanis perimuntur d. l. 41. D. de O. & A.

CANON. 2. QVANDO VNVM FACTVM ET PLVRAS VNT DELICIA, ACTIO ALTERA ALTERAM NON CONSUMIT. ROBERT. i. animaduersi. iur. c. 29. p. m. 126. CVIAC. 8. obseru. 24. IACOB. GOTHOF. in comment. ad R. I. in l. 130. p. m. 551. Ratio est: quia nunquam plura delicta faciunt ut vilius impunitas detur l. 2. D. de priuat. delict. Quinimo Reipubl. maxime inter-est ut delinquentes ad paenas rapiantur, ne vllum maleficium inultum relinquatur l. 21. s. 2. D. ad L. Aquil. l. 95. s. 1. D. de solut. l. 14. C. de paen. Sic ob idem factum duas actiones contra eum, qui seruum alienum iniuriose verberat. actio sc. L. Aquiliae et iniuriarum l. qui seruum 34. in pr. D. de O. et A. iniuria enim ex affectu proueniens minuit honorem et existimationem: at damnum ex culpa minuit rem familiararem l. qui seruum alienum 34. D. de O. et A. l. sed et si 5. s. 1. D. ad L. Aquil. An autem et quomodo haec actiones se inuicem consumant, ICti Veteres inter se non conuenerunt, quod in d. l. qui seruum 34. D. de O. et A. videre est. Quidam in ea fuere opinione, altera ele-cta, alteram consumi: Alii per L. Aquiliae actionem iniuriarum consumi: quoniam desit bonum et aequum esse condemnari eum, qui aestimationem praefstit. Sed si ante iniuriarum actum esset, teneri eum ex L. Aquilia. Denique Paulus rationabilius dicit esse, eam admitti sententiam, vt liceat ei quam voluerit actionem, prius exerce-re, quod autem amplius in altera est, etiam hoc exse-qui d. l. 34. D. de O. et A. vid. ANT. FAB. in rationab. ad l.

15. or.

15. pr. de R. V. Hodie si quis seruos vel ancillas in contumeliam domini iniuriose verbefauerit ac ita damnum quoque fecerit, vtraque actione iniuriarum et Aquiliae ad interest a domino conueniri potest, GILH A V S. tr. de iniur. et famos. libel. §. 7. n. 17. FARINAC. l. 3. pr. criminis q. 105. n. 277. et seqq.

Aliud exemplum nobis exhibet Paulus lib. 1. recept. sent. tit. 13. Veluti, cum quis ancillam alienam virginem immaturam corruperit, non solum enim iniuriam facit, sed etiam damnum dat, adeoque corruptor et actione iniuriarum et actione L. Aquiliae tenetur secundum VLLIAN, in l. 25. D. de iniur.

CANON. 3. QVANDO SVNT PLVRA FACTA SIVE SIMILIA SIVE DISSIMILIA, ET PLVRA DELICTA, TVNC SINGVLIS FACTIS, SINGVLAE PAENAE DEBENTVR d. l. 2. D. de priuat. delict. l. 48. D. ad L. Aquil. l. 56. D. de furt. E. c. Si quis feram bestiam ibi haberent, quo vulgo iter fit, & nocuerit bestia tranfeunti, duplex actio aduersus dominum competit, vna aedilitia, altera de pauperie, neutra tamen alteram consumit §. ult. I. si quadrup. paup. fec. dic. vel aliquis hominem surreptum flagellis cecidit, actio in eum competit furti & iniuriarum l. 2. §. 4. D. de priuat. delict. Seruus in re hereditaria, ante aditam hereditatem damnum dedit, et liber factus, in eadem haereditate damnum dat, bis actione L. Aquiliae tenetur: quia alterius et alterius facti hae res sunt. Tutor quoque pecuniam pupilli intercipiens, conuenitur actione furti & de rationibus distrahendis, ob furtum commissum et tutelam male gestam l. 1. §. 22. D. de tutel. et ration. distrahab.

CANON. 4. QVANDO ACTIO CIVILIS CVM CRIMINALI CONCVRRIT, ALTERA IN IUDICIVM D 2 DEDY-

DEDVCTA, ALTERA ABSORBETVR l. 6. l. 7. §. 1.  
 D. de iniur. l. un. C. quando ciuil. act. crimin. praeiudic. MYN-  
 SING. comment. in §. 10. I. de iniur. n. 4. WESEN B. π. de  
 iniur. n. 18. MARANT. in specul. aur. part. 4. n. 9. BICCIVS  
 in aur. sc̄l. 4. th. 167. p. 563. Ratio est, quia vtraque ad  
 eundem finem h. e. ad vindictam tendit, iniquum enim  
 est, vt quis ob idem factum pluribus puniatur legibus l.  
 14. D. de accus. et inscript. l. 41. D. de paen. Sic ob illatam  
 iniuriā competit actio ciuilis & criminalis d. §. 10. I. l.  
 vlt. D. de iniur. In actione ciuili, postulat actor, vt reus  
 in tantam summagā condemeretur, quanta iniuriā aesti-  
 mat. Criminali actione poscitur vindicta in exemplum  
 publicum, atque extra ordinem ex causa et persona arbitrio  
 iudicis poena constituitur, reusque coeretur vel in  
 corpus, vel irrogationē mulctae fisico applicandae d. §. 10.  
 et d. l. vlt. D. de iniur. Vtram autem elegerit actor, vna  
 alteram consumit: quia vtraque ad eundem finem, i. e.  
 ad vindictam comparata est l. 6. l. 7. §. 1. D. de iniur. d. l.  
 vnic. C. quando ciuil. act. crimin. praeiudic. et ibi BART. n. 2.  
 GAIL. obs. 98. n. 1. MARANT. p. 4 d. l. n. 5. ANTON.  
 MATTH. ad tit. de iniur. c. 3. n. 8. Idem quoque dicimus  
 de furto, aliisque maleficiis l. vlt. D. de furt. l. vlt. D. de  
 priuatis. d. l.

## §. IV.

DE ACTIONIBVS PERSONALIBVS MIXTIS.  
CANONES.

CANON. I. QVANDO ACTIO MERE PAENALIS  
 CONCVRRIT CVM REI PERSECVTORIA AL-  
 TERA, ALTERAM NON ABSORBET l. 7. et 8. D. de  
 condic̄t. furt. HOTTON. illuſtr. quæſt. 29. p. 250. OBRÉCHT.  
 d. tr. c. 22. n. 35. et 36. Itaque furti actio condic̄tionem  
 non impedit l. 29. D. depos. ne locati l. 42. D. locat. neque  
 pro ſocio l. 45. D. pro ſoc. Ratio est, quia vtrumque res  
 et

et paena seorsim debetur l. 54. §. 3. D. de furt. l. 12. C.  
de furt.

Nec obest l. 71. D. de furt. et l. 3. §. vlt. D. naut. caup.  
ftabul. Quoniam nullum dubium est (quod etiam Accur-  
fius animaduertit) quin in d. l. actionis furti nomine con-  
dictio furtiva contineatur. HOTTON. OBRECHT. d. l.

CANON. 2. SI VNA MIXTA CVM REI PERSE-  
CVTORIA CONCVRRIT ALTERVTRA CONSVMI-  
TVR l. 34. §. 2. D. de O. et A. Casus cum Zasio ad d. l.  
34. hic ponitur. Commodauit tibi Codicem meum, tu-  
que dilacerasti folia quaedam, cum mihi competitunt duae  
actiones Aquiliae et commodati, quaeritur vtrum si prius  
commodati egerim Aquilia remaneat in eo quod in ea  
amplius est ob aestimationem, quanti res fuit in 30. die-  
bus proximis iuxta. l. 27. §. 5. D. ad L. Aquil. §. 14. I. eod.  
Quaefatio haec in vtramque partem a ICtis eminentissimis  
agitur. Affirmatiuae sententiae defensores sunt ZAS. in d.  
l. 34. DONELL. 21. comment. CVIAC. 3. obf. 23. et ad l. 130.  
de R. I. ROBERTVS lib. 2. recepr. HOTTON. illuf. quest.  
29. OLDENDORP. claff. 4. aet. 15. tit. affinia remedia n. 5.  
GEORG. OBRECHT. tr. de concip. et formand. libell. HIL-  
LIG. ad Donell. lib. 21. ce 3. lit. Q. et recentiores commu-  
niter.

Negatiuae vero sententiae Patroni sunt PAULVS  
CASTRENsis ad l. 7. §. 1. commod. n. 24. FRID. HORTLED.  
ICtus Celeberrimus ac Historicus incomparabilis in de concursu  
actionis realis verae ac paen. mixt. libell. singul. quem sequitur  
et defendit D. GOJHOE. FIBIG. in vindic. Hortleder. Si suffra-  
giis pugnandum esset, victoria vtique a parte affirmantium  
staret. Verum experiamur ratione. Firmamentum  
assertionis negatiuae primum et firmissimum largiuntur.  
VLPIANVS in l. 27. §. 11. D. ad L. Aquil. his verbis. Procu-  
lus ait, cum calon. serui villam exusissent, colonum vel ex loca-

20, vel ex L. Aquilia teneri, ita ut colonus possit seruum noxae dedere, et si uno iudicio res esset iudicata, altero amplius non est agendum. Paulus in l. 50. D. quod. soc. sed actione pro socio consequitur, ut altera actione contentus esse debeat, quia vtraque actio ad rei persecutionem resipicit: non, ut furti, ad paenam duntaxat et in l. 18. D. ad L. Aquil. Sed si is qui pignori seruum accepit, occidit cum aut vulnerauit, L. Aquilia et pignoratio conueniri potest. Sed alterutra contentus esse dober. Gaius in l. 18. §. 1. D. commod. Sine autem pignus, sine commodata res, sine deposita, deterior ab eo, qui accepit, facta sit, non solum istae actiones sunt, verum etiam L. Aquiliae. Sed si qua earum actum sit aliae colluntur; idem ait in l. 7. in fin. l. 8. in pr. l. 9. D. arb. furt. caef. Hinc ita argumentor. Qui una actione debet esse contentus, nec aliam captatorie exercere debet, is actionem L. Aquiliae post intentatam rei persecutoriae actionem mouere nequit. At actor una actione debet esse contentus. E. Maioris ratio est. Quia hoc pacto actio L. Aquiliae captatorie intentaretur, idem enim actor bis consequitur, dum ratio superflui habetur in actione L. Aquiliae ab ipso iudice. Minor constat ex d. l. et a dissentientibus conceditur. Alterius rationis author est Vlpianus in l. 13. D. de R. V. qui et rationem suppeditat, cur post finitum rei persecutorium iudicium, Aquilia nec in id, quod in ea amplius est, actor experiri possit ita differens. Non solum autem rem restituiri, verum et si deterior res facta, rationem iudex habere debet. Finge enim debilitatum hominem vel verberatum restitui, utique ratio per iudicem habebitur, quanto sit deterior factus, quamquam et L. Aquiliae actione conueniri possessor possit. Unde quaeritur, an non alias iudex aestimare damnum debeat, quam si remittatur actio L. Aquiliae? Et Labeo putat, Cauere periorem oportere L. Aquilia se non atturum. Quae sententia vera est. Hinc colligo: Si in actione reali mera ipsa damnationis actionis L. Aquiliae aestimatio fit per iudicem, hanc per

per illam tolli. Prius manifestum ex *d. l. 13.* Ratio Consequentiae est, quia actio L. Aquiliae, actione rei persecutoria iam instituta, spectat duntaxat damni aestimationem, quam bis exigi bona fides non patitur *l. 57. D. de R. I.* imo obstat rei iudicatae exceptio. Dissentiens Cuiac. et qui eum sequuntur ad *l. 18. §. 1. commodati* respondent, actionem commodati tum demum tolli, si prius ex L. Aquilia actu sit. Verum hanc responzionem *Prael. FRI-DER. HORTLED. d. tr. c. 3.* diuinatorium ex *Nou. 107.* appellat (quod et *HILLIGER* confirmat et ab ipso *GAIO* satis confutatam. *GAIVS* enim his verbis: Sed si qua earum in *d. l. 18. §. 1. commod.* omnem plane grauioris ac leuioris actionis differentiam tollit nihilque referre innuit, siue pignoratitia, commodati, depositi, siue L. Aquiliae actione prius actu fuerit. Ad reliquas leges Cuiac. respondet. Vna contentum, id est ut egiſe mixta satis habeat, et si prius ex mere reali egerit, et aliquid exegerit, vt eo minus mixta consequatur, quod et approbat *OBRECHT. c. 22. n. 42. P. FAB. ad l. 130. de R. I.* Sed licet verbis diuersa sit, reipsa tamen cum priori est eadem. *HILLIG.* quoque fatetur, hoc responſo scrupulum non penitus tolli; Ipſe vero ſequentem ſubiicit. Quacunque actione graviori natura ſua aut leuiori, mere reali, aut mixta paenali prius egerit actor, ea contentus eſſe debet, i. e. non debet aliam ad idem iterum conſequendum intentare, non debet eam captatorie exercere. Verum dum caetera infirmitatis arguit, quid de ſuo iam ſentiendum cuique patet, reclamante infuper *l. 43. D. locat. l. 27. §. u. D. ad L. aquil. l. 18. §. 1. D. commod.* Ad alteram noſtræ aſſer-tionis baſin excipiunt: Damnum illud, quod in *l. 13. D. de R. I.* aestimari dicitur et eius rationem iudex habere debet, non eſſe illud actionis ſuperfluum, eam ſt. respiciens aestimationem quanti eo anno res plurimi fuerit: in actione enim L. Aquiliae damnum duntaxat aestimatur, quod quis

quis corpore suo dedit, adeoque damni aestimatio est poena vel ad poenam spectat, in actione vero rei persecutoria damnum etiam aestimatur, quod alterius etiam culpa vel dolo accidit, atque meram tantum complectitur ipsius rei persecutionem, adeoque adhuc L. Aquiliae actionem post rei vindicationem institui posse afferunt, nec ita bis idem peti. Resp. simpliciter verum non esse, quod illud duntaxat damnum pertineat ad L. Aquiliae actionem quod quis corpore suo dedit. Deinde non obest etiam illud, quod dicunt, si damni aestimatio in L. Aquilia paena est, instituta prius rei persecutoria, Aquiliam non tolli. Secus enim rei persecutoria esset penalis mixta. Quoniam inest aestimatio rei persecutoriae non ex se et sua natura, sed extrinsecus mediante sc. iudicis officio accedit. Deinde notandum cum Dn. HORTLED. quod VLPIANVS in d. l. ait. Rationem iudex habere debet. Et vtique ratio per iudicem habebitur. Item non aliter damnum iudex aestimare debet quam si remittatur L. Aquiliae actio: quicquid etiam contra dicentes excipiant. Praesidium autem dissentientium praecipuum est in l. qui seruum 34. §. vlt. D. de O. et A. alterum vero in l. 7. §. 1. D. commod. Circa primum variae occurunt lectiones. Florentiae, referente DONELLO lib. 21. c. 3. lit. P. legitur, verius est remanere, quia simulo subdueto locum non habet. Altera huius textus lectio haec est. Sed verius est remanere, quia simulo subdueto, locum habet, et huius defensor est HOTTOMAN. illus. q. 29. p. 251. Tertia ad mentem Pauli prae caeteris accedens habet. Sed verius est non remanere, quia simulo accedit, et simulo subdueto locum non habet, et pro ea militat ACCVR. Quarta et ultima, quam praelaudatus DN. HORTLED. adiuvenit, continet virgulam criticam, substituens pro vocula remanere, vocem remoueri, eamque praefert FIBIG. excepta proxima antecedente, cum qua effe-

effectiue coincidit. Neminem autem moueat Florentini Codicis lectio: Cum e contrario multo magis mouere debeat, quod plurimis iisque integerrimis in locis idem Codex contrarium demonstret: Aquilam imo non remanere d. l. 18. §. 1. commod. l. 50. D. pro socio cum similibus aliis. Et haec de hac controversia nobis sufficiunt. Cui volupe est hanc controversiam vberius pertractatam videre, adeat Dn. Hortled. et Dn. Fibig. in vind. Horeleder.

Controuertitur hic quoque, AN ACTIO DOLI CONCVRRAT CVM ACTIONE MIXTA ARBITRARIA QVOD METVS CAUSA? Affirmatur per l. 14. §. 13. D. quod met. caus. Cuius rationem aliam atque aliam Cuiac. Duar. aliquie assignant. Iul. Pac. evavtio. cent. 2. q. 74. ait, quod actio quod metus causa cum actionibus dolii concurrat, speciale esse, quia, sicut actio de dolo tum datur, cum actiones aliae non competitunt l. 1. D. de dol. mal. ita quoque actio quod metus causa. Quo circa cum actio de dolo et actio quod metus causa pari passu ambulent, et sint aequae subsidiariae: dubitari merito poterit, dolo malo et metu adhibito, vtrum de dolo agendum sit, an quod metus causa? Cuius dubitationis tollendae causa merito placuit, vtramque actionem concedi: praesertim, cum certi iuris sit, actionem de dolo non solum dari, si alia actio non competit, sed etiam si dubitetur, an competit nec ne l. 7. §. 3. D. de dol. mal. Adstipulatur Pacio Oldendorp. de acti. class. 6. act. 10. Domin. Arumaeus ad D. dis. 6. th. 11. Concurrit insuper actio dolii cum actione aequae famosa Anton. Faber in err. pragmat. decad. 9. err. 4. et in rational. ad l. 14. §. 13. D. quod met. caus. l. 1. §. pen. D. de dol. mal. Cum actione quoque inutili aut inefficaci l. 5. l. 6. l. 7. §. 8. D. de dol. mal. Denique de qua probabiliter dubitatur, an competit, cum actione dolii concurrere potest d. l. 7. §. 3. D. b. Negotium autem nobis facescit. l. se lega-

legatarius 23. D. b. t. iunct. l. error, C. ad d. Falcid. l. si per ignorantiam C. de condit. indebit. Ex quibus sequitur actionem doli cum alia actione, condicione videlicet non concurrere. Resp. 1. Iacob. Cuiac. et Anton. Faber in casu d. l. 23. conditionem indebiti non competere, quoniam ibi dolo, hic ex errore facta fuit solutio. 2. Donell. comment. l. 15. c. 4. in d. l. 23. actionem de dolo non competere de illis legatis, quae ipsi deceptor, sed quac alii eius collegati sint ultra modum L. Falcidiae soluta, quae tamen ab istis legatariis, eo quoq; solvendo esse desierint, recuperari nequeant condicione indebiti. vid. Donell. comm. lib. 15. c. 4. Hunn. ad Treutl. vol. 1. disp. 11. th. 6. q. 45. Bachov. in Treutl. vol. 1. disp. 11. th. 6. Pac. eva<sup>r</sup>tio<sup>Q.</sup> cent. 2. q. 74. Hillig ad Donell. lib. 15. c. 40. lit. 2. Cum itaque certum sit, actionem doli concurrere cum mixta arbitraria actione videlicet quod metus causa, dicimus nunc, vnam per alteram tolli l. metum 9. §. volenti 4. et §. licet 6. et l. si mulier 21. §. vlt. D. quod met. caus. prout etiam per actionem tutelae vel conditionem furtiuam, tollitur actio de rationibus distrahendis, quae mixta est, in duplum et arbitraria l. in 1. §. tutela l. 2. §. 1. in fin. D. de tutel. et rat. distractab. et vicissim. Mixtarum enim arbitrariarum ea est natura, ut paena euitetur re restituta §. 31. I. de action. Bachov. disp. 7. de act. th. 1. 3. et 4. Quod secus est in arbitrariis l. in heredem 5. §. 1. D. de calumniat.

## §. V.

DE ACTIONIBVS IN PERSONAM ET REM.  
CANONES.

I. QVANDO ACTIO PERSONALIS CVM REALI CONCVRRIT, ET EX VNA CAUSA AGITVR,  
ALTERA ALTERAM ABSORBET l. l. C. comm. de legat. Exemplum est in legatario, qui eo gaudet iure vt ad consequen-

sequendam rem sibi legatam et realis videlicet rei vindictatio, et personalis, ex testamento sc. actio, ei competit §. 2. I. de legat. harum vnum si intenderit, facit alteram obmutescere, ob rationem, quod vtraque ad legati praestationem, atque ita ad eandem rem sit directa; quodue legatum datum in partes diuidi nequeat l. 76. §. 3. D. de leg. 2. Non enim ea mente Papinianus in d. l. legatario varias ad persecutionem legatorum dedit, vt omnes illae, quae ea de re competit, simul institui possint vel debeant: Sed vt acturus ex pluribus illis actionibus concurrentibus vnam, quam proponat et exerceat, eligat, et quidem eam, quam sibi maxime commodam existimabit.

2. CVM EX DVABVS CAVSIS AD IDEM PERSONALI REALIQUE AGITVR ACTIONE, ALTERA ALTERAM NON TOLLIT. l. 9. D. de R. V. Donell. lib. 20. comment. c. 1. Obrecht, d. l. n. ult. v. g. Si Titio seruus Sempronius sit commodatus, duae nascuntur domino ad repetendum eum actiones; vna quae est in personaliam, nimurum commodati, altera quae in rem est, videlicet vindictatio l. 9. D. de R. V. arg. l. 8. cum seq. D. commod. quarum illa ex iure ad rem, haec vero ex iure in re, resulant l. 25. D. de O. et A. Sic quoque actio ad exhibendum, quae personalis est l. 3. §. 3. D. ad exhibend. quia datur ex obligatione, quae est ex naturali aequitate: aequum enim est, vt quod mihi prodeesse, nec tibi nocere vlo modo potest, praefetur l. 2. §. 5. in fin. D. de ag. et ag. pluri. arc. et rei vindicatio altera alteram non tollit: Quoniam iniquum non est, de eadem re bis agi: praesertim cum semel tantum rei restitutionem consequamur. Actio enim ad exhibendum datur, vt actori sit vindicandi, apprehendendique facultas l. 2. D. ad exhibend. rei vindicatione vero rem nobis restitui petimus l. 9. l. 10. l.

29. D. de R. V. Oldendorp. pro gymnas. act. claff. 3. act. t. Dn.  
BRVNNEMAN. ad l. i. C. ad exhibend. BACHOV. in notis  
ad Wesemb. n. 2. negat actionem ad exhibendum esse per-  
sonalem, motus his rationibus 1. Quod actio ad exhib-  
endum sit actionis in rem praeparatoria regulariter, et  
ideo pro actione reali habendam esse. Verum N. C. ex  
d. l. 3. §. 3. Inuertimus potius ita. Si actio ad exhiben-  
dum actionibus in rem viam munit, sequitur quod non  
fit realis. Deinde actio ad exhibendum etiam pro perso-  
nalium actionum praeparatione datur l. 12. §. 2. l. 19. D.  
b. t. 2. Quod detur aduersus possestorem l. 3. §. fin. b. t.  
iunct. arg. §. fin. D. quod met. caus. quod proprium est  
actionis realis l. 25. D. de O. et A. Resp. N. C. quoniam  
etiam actiones noxales, et actio quod metus causa dan-  
tur aduersus possessores, et tamen non sunt reales. Hoc  
igitur tantum sequitur, quod actio ad exhibendum sit  
personalis in rem scripta. 3. Non est ex contentione, E.  
personalis esse nequit. Ad hoc dicimus, eam non esse ex  
contentione aliqua siue facto externo contractus, sed im-  
mediate ex naturali aequitate siue iustitia benigna profi-  
cisci arg. d. l. 3. §. 3. 9. 14. D. ad exhibend. Dn. Habn. ad We-  
semb. tit. ad exhibend. n. 2. Hodie actionis ad exhibendum  
aut nullum, aut plane exiguum esse usum tradunt CHRISTINAEVS vol. 2. decis. Cur. Belg. 19t. n. 3. et ult. Perez. in  
C. n. ult. Sed imploratur iudicis officium, ut per mandatum  
compulsoriale exhibitionem reo praecipiat. Mindan.  
lib. 2. c. 50. n. 11. Frider. l. 2. d. mand. cap. 50. n. 11. et seqq.  
Hahn ad Wesemb. tit. ad exhib. n. 6.

## CAPUT VI.

## DE FORMA CONCVRSVS ACTIONVM.

**F**ormam concursus in eo consistere dicimus, quod de  
eadem re, vel circa eandem fiat, et contingat in eo.  
dem

dem contra eundem, et quod vna actio alteram tollat vel electione vel tandem consecutione perimat; in eaque ferre omnes conueniunt. In expositione autem verborum in eadem re mire variant interpretes. Cum *Accurs. Hottom. illuſtr. quaef. 29. p. 247.* ea intelligenda vult de eodem facto vel delicto h. e. pro causa ex qua quod petitur, quam constituit vel factum conuentionis, vel delictum, et cautionem adhiberi vult in l. 56. *D. de furt.* Vbi Iulianus scribit, *interdum cum fure saepius eiusdem rei nomine furti agi posse, veluti si res in domini potestate redisset, et idem eandem surripisset.* Ibi enim inquit vnam rem proprie Iulianus appellat, et a facto distinguit, cum in plerisque superioribus rei nomine factum et delictum intelligamus. Donell. vero l. 21. *comment. cap. 3. p. 653. et seqq.* et qui eum sequitur Hunn. vol. post. ad *Treut.* dif. 13. thes. 17. p. 1200. de eadem vel eiusdem rei nomine intelligunt, unum eundemque finem, et per diuersas res, diuersos e contra fines, de qua sententia vid. *Dn. FIBIG. in prodr. conc. act. sect. 2. n. 12. et seqq.* Paulo aliter sentit Bachov. ad §. ult. l. si quadrup. paup. fecis. dic. Nos per verba de eadem re intelligimus obiectum actionis, sive omne id de quo lis est sive controversia, vel quod est in actione ut loquitur Vlpianus in l. qui *chirographum 59. in fin. D. de legat. 3.* quomodo etiam rem interpretatur Eclog. 2. c. 4. τὸν περιεστὸν πέραγμα: Sic quoque creditor intelligitur cui quocunque modo debetur per l. creditores 20. et seqq. *D. de V. S.* Promiscue autem Vlpianus usurpat vocabula, de eadem re, eiusdem rei nomine, de eadem pecunia. In §. fin. l. si quadrup. pauper fec. dic. et l. 10. *D. de act. empt.* vtitur verbis de eadem re, in l. interdum 56. pr. *D. de furt.* et l. uemo ex his 43. §. l. *D. de R. I.* verbis eiusdem rei, in l. nunquam 60. *D. de O. et A.* voce pecunia. Vbi tamen *HOTTO MAN. ill. q. 29. p. 249.* considerandum dicit, an pro eadem pecunia legendum sit, de eodem peccato con-

currentes alia aliam consumit, quod et velle videtur *Gothofr.* in *not.* ad *d. l. lit. P.* Verum **OBRECHT.** d. *tr. c. 21. n. 6.* simpliciter negat pro pecunia substitui debere peccato, quoniam altera lectio vetus sit et in libris *Bartholomaei* repetita, et quia nihil absurdum, nihilque iniquum, teste *Ciacio* contineat. Obseruandum enim vocabulum pecuniae significare modo pecuniam numeratam tantum, ut in *SCto Macedonio l. 4. §. 3. D. ad Sct. Macedon.* modo pro rebus, quae consistunt in pondere, numero et mensura, in quibus mutuum regulariter constitutum *l. 2. §. 3. D. de reb. credit. vbi glos.* et *Dd.* modo pro omni re tam mobili quam immobili, siue sint corpora, siue iura, quia possibile est, omnes res in pecuniam conuerti posse *l. 178. D. de V. S. Vbi Vlpian.* *Pecuniae verbum non solum numeratam pecuniam complectitur:* Verum omnem omnino pecuniam *b. e. omnia corpora.* Nam corpora quoque pecuniae appellatione contineri, non est qui ambigit. Idem asserit quoque *Hermogenianus* in *l. 222. eod.* et in hac ultima significatione *Vlpianum d. l. sumere existimamus.* Consequens huic quod diximus de eadem re, est, si vni aduersus eundem plures actiones de rebus diuersis competunt, actionum concursus ex eo non constitui. Exemplum nobis exhibit *Paulus in l. Lucio Titio 29. D. de O. et A.* in debitore pecuniae puta 200. aureorum ex causa iudicati, et in eodem illo debitore, qui debebat 90. ex mutuo, et ut *Paulus loquitur* aliam pecuniam, pecunia debita hic non est eadem, nec etiam debendi causa, nec factum idem, adeoque vna actio alteram non impedit, sed vtraque petitio creditorum est integra, vtpote quarum concursus inter se est nullus *d. l. 29.* Simili modo, si eidem distinctis temporibus aedes ac praedium vendidero: siue ex eodem ut in venditione aut promissione plurium rerum, vbi quot res tot contractus, proinde et de singulis experiri licet per *l. 29. D. de V. O.* Addimus vni contra eundem. Si igitur

igitur contra diuersas competunt personas, itidem cursus non est per d. l. LVCIO TITIO 29. et l. 76. §. 1.  
*D. de furt.* Hoc enim casu maxime dubium est, vtrum recte simul, vel separatim intendantur omnes, vel an potius altera alteram tollat. OBRECHT. d. tr. c. 21. n. 6.

## CAPVT VII.

DE CAVSA FINALI ET EFFECTV CONCVR-  
SVS ACTIONVM.

**F**inis breuissimis verbis nobis exhibetur a Papiniano in  
*l. cum filius 76. §. pen. D. de legat. 2.* vbi ait: Legatario varias actiones ad persecutionem legatariorum datas esse, vt laxior sit agendi facultas, id est, vt aeturus ex pluribus illis actionibus vnam, quam proponat et exerceat, eligat, et quidem eam, quam sibi maxime commodam existimabit; Et licet in specie de legatis loquatur, rectissime tamen in vniuersum ad hunc de actionum concursu tractatum refertur. Effectus itidem consistit in laxiore agendi facultate et potestate, quo actor suum consequi poscit. Non enim absurdum ut illud quod est finis sit etiam effectus, diuerso tamen respectu. Sic obligatio et finis legis est et effectus: finis in intentione effectus in executione.

## CAPVT VIII.

## DE CONTRARIIS ACTIONVM CONCVRSVS.

**V**idimus haec tenus quomodo constituantur actionum cursus, nunc paucis dissolutionem eius considerabimus. Dissoluitur autem per praescriptionem, qua actiones dissoluuntur; ex his enim consistit. Sicut igitur actionibus praescribitur, vel anno, vt plerisque actionibus praetoriis *pr. I. de perpet. et tempor. att.* praesertim paenibus

libus l. vn. C. de ann. except. vel biennio, vt actioni de  
dolo l. vlt. C. de dol. et ita consequenter, ita quoque con-  
cursui. Regulariter tamen illa praescriptio est 30. vel 40.  
ann. l. 3. et 4. C. de praesc. 30. vel 40. ann. Remissione  
quoque vnius atque alterius actionis, et morte arg. §. 1.  
I. de perpet. et tempor. act. concursum finiri, nullus dubito.  
Sed de hisce et aliis, pluribus agere, temporis ratio et  
instantis peregrinationis necessitas non permittit. Haec  
igitur impraesentiarum de aurea et per totum ius di-  
spersa concursus actionum materia  
dixisse sufficient.

SS. Trinitati sit laus, honor et gloria  
in infinita secula.

*Lib. 1. Dig.*

- I. Conclusiones ex principiis naturalibus per gentes deduc-  
tiae non sunt vere immutables.
- II. Legis ratio est eius anima.
- III. Obligatio est finis legis.
- IV. An Doctor iuris allegans consuetudinem eam pro-  
bet?

*L. 2.*

- V. Idiotionis vocabulum in luce iustinianeo ita generali-  
ter sumitur vt et simplicem iurisdictionem et merum  
imperium contineat.
- VI. Collectae non sunt iurisdictionis.
- VII. In singulis actibus et partibus a iudice expediendis  
cavatio est necessaria.
- VIII. Satisfatio regulariter fideiussoribus tantum fit.

*L. 3.*

L. 3.

- IX. Transactio de raptu est licita.  
 X. In procuratorem sententia ferenda est.  
 XI. Pauciores quam tres non faciunt Collegium.  
 XII. Negotiorum gestor tenetur de leuissima culpa.

L. 4.

- XIII. Contractus b. f. cui dolus causam dedit est ipso iure nullus.  
 XIV. Aduersus praescriptionem maioribus 25. annis in integrum restitutio ex solo capite ignorantiae non competit.

L. 5.

- XV. Iudicium ciuale a criminali recte distinguitur, quod in illo ad commodum priuatum, in hoc ad paenam corporalem vel fisco applicandam agitur.  
 XVI. In personalibus per litis contestationem res fit liti- giofa.

L. 6.

- XVII. Is qui Publiciana agit, non mentitur.  
 XVIII. Diuiso vsuf. in caufalem et formalem in iure no- stro quoad rem ipsam extat.  
 XIX. An vsuf. morte vel capitis deminutione extincto, fructus vltimi anni ad heredem vsufructuarii perti- neant?

L. 8.

- XX. An ad praescriptionem seruitutis titulus requiratur?

L. 9.

- XXI. Culpa leuissima quea in omittendo consistit in L. Aquilia non vindicatur.  
 XXII. An prouocatus si occiderit, ab ordinaria paena sit absoluendus?

L. 10.

- XXIII. Actio ad exhibendum est personalis.

F

L. 11.

L. 11.

**XXIV.** Patri de filia corrupta datur vtilis actio, ex edicto  
de seruo corrupto.

L. 12. vti mmp scitiori IX

**XXV.** Exceptio non numeratae pecuniae post biennium  
non obtinet.

L. 13. vti mmp scitiori IX

**XXVI.** Casus fortuitus in pignore neque in aliis contra-  
etibus praefatur.

L. 14. vti mmp scitiori IX

**XXVII.** Filiusf. qui patria potestate per dignitatem est so-  
lutus, SCti Macedoniani beneficium retinet.

L. 15. vti mmp scitiori IX

**XXVIII.** Actiones ex contractu seruorum et filiorumf. ad-  
versus patrem vel dominum porriguntur, aut ob illorum  
consensum aut ob permissionem.

L. 16. vti mmp scitiori IX

**XXIX.** Si creditor ignorauit mulierem intercedere, qua-  
eritur, an locum habeat SCti Vellei. exceptio. D.

**XXX.** Compensatio in iudicio est alleganda et iudici pro-  
banda.

L. 17. vti mmp scitiori IX

**XXXI.** An falarium peti possit pro executione mandati?  
Disting.

L. 18. vti mmp scitiori IX

**XXXII.** Si circa causam contractus erretur, vt si ego a  
te emendi causa quid interrogem, tu animo permutandi  
aut locandi promittas, emptio nulla est.

Laesio quae in venditione aliquique contractibus ἐμπορη-  
τῶς h. e. negotiativae, vti loquitur Imperator, accidit,  
minime conuenit naturae iustitiae, quae medium, quod  
aequaliter et secundum proportionem arithmeticam ab  
vtroque extremorum distat, obseruari praecipit.

L. 19. vti mmp scitiori IX

**XXXIII.** Locatio quiae ultra decennium vel quinquennium fit, in aliud nomen contractus non transit.

**XXXIV.** Generalem hypothecam habens, praefertur posteriori, qui specialem habet.

L. 20.

**XXXV.** An res dotalis pignori dari possit? D.

L. 21.

**XXXVI.** An etiam vi edicti aedilitii ad damnum nomine rei vitiosae acceptum teneatur emptori venditor? D.

**XXXVII.** Interesse in materia euictionis non excedit verum rei pretium.

L. 22.

**XXXVIII.** Usurae iure Ciuli non sunt prohibitae.

**XXXIX.** Quod naturaliter inest homini, semper adesse praesumitur.

L. 23.

**XL.** Iuramentum imponi potest vitiatae, plus quam semiplene probanti.

**XLI.** Maritus rei dotalis est verus dominus.

L. 24.

**XLII.** Donatio inter virum et uxorem constante matrimonio est prohibita.

L. 25.

**XLIII.** Actio rerum amotarum constante matrimonio competit.

L. 26, 27.

**XLIV.** Heredes tutorum non tenentur ob leuem culpam.

L. 28.

**XLV.** An plures tutores in solidum teneantur?

**XLVI.** Filius fam. de peculio aduentitio pleno testari nequit.

**XLVII.** Testamentum in quo cause ingratisudinis secundum

F 2

dum

dum Nov. 115. c. 3, non sunt expressae, an sit ipso iure nullum?

L. 29.

**XLVIII. Quomodo hereditas transmittatur?**

L. 30. et seqq.

**XLIX. Pro consequendo legato vltra actionem personalem, realem et hypothecariam etiam via executiva agi potest.**

**L. Sempronius Maeuium heredem instituit, et legauit Titio hortum quendam, Titius post mortem Sempronii a Maeuio petit ex testamento. Maeuius excipit hortum non fuisse Sempronii sed alienum, et quia id Sempronius ignorauit, ideo horti legatum non valere, Titius replicat, testatorem sciuisse, fuisse alienum, eaque de causa valere legatum. Q. utrum Maeuius probare Sempronium ignorasse fuisse hortum alienum, an vero Titius Semproniu sciuisse, teneatur?**

L. 35. 36.

**L1. Falsa demonstratio legato adiecta id non vitiat.**

**LII. An fideicommissaria substitutio proprie talis sit. D.**

L. 37. 38.

**LIII. Ius representationis in ascendentibus non habet locum.**

**LIV. Hodie honor. poss. adhuc est in vsu.**

**LV. Quae Pater filiorum studiis impedit non sunt conferenda.**

L. 39.

**LVI. An per nunciationem noui operis possessionem amittamus?**

**LVII. Missio ex primo decreto ius pignoris infert.**

**LVIII. Donatio ad piam causam 500. solidos excedens infinitatione indiget.**

L. 40.

L. 40.

LIX. An seruitus sit contra naturam?

L. 41.

LX. Iuris in re non est nisi unica species.

LXI. Fera occupatione ei acquiritur qui fundum alienum contra prohibitionem domini ingressus caepit.

L. 42.

LXII. Sententia semel lata nec per eiusdem nec per successoris sententiam, nec per rescriptum Principis, nec ob omittam exceptionem peremptoriam, nec ob errorum calculi, nec ob instrumenta nouiter reperta rescindi potest.

L. 43.

LXIII. Interdictum Saluianum contra colonum coloni non datur.

LXIV. Petitorium et possessorium coram eodem iudice sunt tractanda.

L. 44.

LXV. Exceptio peremptoria ante vel post item contestatam ante sententiam regulariter proponi potest.

LXVI. Exceptio iurisurandi in voluntario tantum iureiundo locum habet.

L. 45.

LXVII. Si in causa vel corpore stipulantes & promittentes errant, vel dissentiant, stipulatio non valet.

LXVIII. Mora rei principalis obligationem fideiussoris perpetuat.

L. 46.

LXIX. Fideiussor obligans se ut principalem als ein selbst Schuldner habe beneficium ordinis.

LXX. Nouatio quae per litis contestationem fit non est proprie dicta nouatio.

F 3

L. 47.

L. 47.

LXXI. Legislator furtum simplex tertium capite punire potest.

L. 48.

LXXII. Multi auctores testantur Cadaver hominis violenter ab inimicis occisi, si intra certum tempus occisor coram sistatur, sanguinem profundere, adeo, ut saepe multis in locis iudices eo facto reum homicidii crimen negantem conuicerint et condemnarint, ideoque merito disputatur an ea probatio sit licita?

LXXIII. Daemones, Sagas et Magos plerumque vel saltem aliquando ad nocturnos conuentus transferunt.

LXXIV. Geomantia, Aeromantia, Hydromantia, Pyromantia, Clidomantia, Cofcinomantia, aliaeque magiae diuinatoriae species, sunt ex pacto expresso vel tacito cum Daemone.

L. 49.

LXXV. Causae appellationis in criminali capitali, vel ea ex qua sequi solet paena usque ad relegationem per procuratorem reddi non possunt.

L. 50.

LXXVI. Falso sibi banniti persuadent, sibi tempore numidinarum impune reuerti licere.

Cod.

LXXVII. An leges Codicis contrarias leges Digestorum abrogent.

LXXVIII. An I. un. C. si aduersi usucap. aliqua sit utilitas.

LXXIX. L. quinque pedum C. fin. regund. de qua praeescriptione loquatur.

LXXX. An I. 6. C. de dot. promiss. adhuc utilis et necessaria?

LXXXI,

LXXXI. L. n. C. qui testam. fac. poss. an respiciat ad l.  
6. an ad l. 8. C. de bon. quae lib.

LXXXII. An l. vlt. C. de nouat. pertineat ad de legatio-  
nes.

## Nor.

LXXXIII. Nov. 1. c. 1. an pertineat ad casum repudiatae  
haereditatis?

LXXXIV. Subvasallus in subfeudi alienatione solius im-  
mediati domini consensum adhibere tenetur.

LXXXV. Vasallus ob crimen aliquod feudo priuatus te-  
netur fructus a tempore delicti perpetrati restitu-  
re, siue ipso iure feudum ad dominum rediit, siue  
sententia.

LXXXVI. Ius publicum in Academiis docere licet.

LXXXVII. Ius publicum non est pars specialis politices.

LXXXVIII. An ius publicum iustinianum ex se et qua  
tale vim obligandi Germaniam nostram habeat.

LXXXIX. Status imperii est immediatus imperii subditus  
ius sessionis et suffragii in Comitiis imperii habens.

XC. Imperiales ciuitates gaudent voto decisivo teste In-  
strum. Pac. hinc disputari posset, an non etiam gau-  
deant iure Re et Correlationis?

XCI. Gaudent quoque superioritate territoriali aequa ac  
caeteri status.

XCII. An recessus Imperii valeant per modum conuen-  
tionis tanquam pacta, an vero per modum constitutio-  
nis tanquam leges?

XCIII. Papa ne quicquam iurisdictionis habet in impe-  
rium nostrum.

XCIV. Electionem hodie non obstante continua Austria-  
corum successione, adhuc esse veram statuimus.

XCV. An Hispanus praecedat Gallum?

XCVI. Comites Palatini Rheni ex speciali concessione habent ius nobilitandi Comites, Barones et nobiles.

XCVII. Electores an habeant ius nobilitandi?

XCVIII. Ius cudendae monetae ad solum Imperatorem de iure pertinet.

XCIX. An Imperator et status non accidente populi consensu possint probare aut improbare nummos?

C. An Princeps Imperii citra Imperatoris consensum fortalitia in suis territoriis extruere possit?







**ULB Halle**  
005 360 773

3



WOM





G.24. num. 22.

167013

Easq

4

## DISPVTATIO IN AVGVRALIS

DE

PLVRIBVS CONCVRREN-  
TIBUS ACTIONIBUS

SIVE

## ACTIONVM CONCVRSV,

IVSSV ET AVTHORITATE  
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS IN CELEBERRIMA  
ACADEMIA IENENSI,

MODERATORE

RECTORE MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO, CON-  
SVLTISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

JOHANN. VOLKM. Bechman,

HAEREDITARIO IN Obern Erbba,

ICTO ET ANTECESSORE CELEBRATISSIMO, CONSILIARIO SAXO-  
NICO, IN SVPREMO DVCVM SAXON. IVDICIO, FACVLTATE  
IVRIDICA ET SCABINATV ASSESSORE GRAVISSIMO,DOMINO PATRONO ET PROMOTORE  
SVO MAXIME HONORANDO,

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS AC  
PRIVILEGIIS RITE CONSEQVENDIS,  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBIECTAA  
IOHANNE DEBELIO  
CATTO CASSELLANO

AD DIEM IVNII HORIS ANTE ET POMERIDIANIS A. C. M DC LXX.

RECUSA LITERIS SCHILLIANIS. 1739.

